72

Dn.

Dn.

Dn.

H

70

(72) 112.

Summis in Philoſophia Honoribus

Quibus

PRO-RECTORE MAGNIFICO

VIRO

ADMODUM REV, AMPLISS. & EXCELL.

Dn. JOHANNE MEISNERO,

SS. Theol. Doct. P. P. & Alumnorum Elect. Ephoro:

à

DECANO SPECTABILI,

VIRO

AMPLISSIMO CLARISSIMO EXCELLENTISSIMO

Dn. AUGUSTO BUCHNERO,

Human. Liter, P. P. & Acad. Seniore

VIRO JUVENI

PRÆSTANTISSIMO & PEREXIMIO

DN. GEORGIO CHRISTOPHORO SYLVIO, Hamb. SS. Theol. Stud.

Magiſterii inſignia ac tituli in panegyri maximè ſolenni conferebantur

Benevolentiæ fauſtiq; ominis ergo animitus gratulatur

HOLSATORUM NATIO.

HActenus agricolæ ſat magna tulere laborum
Præmia, & impenſas fœnore dite ſuas.
Vexantur plenis cerealia munera plauſtris,
Promaq; ſollicitas conda recondit opes.
Nec fruſtra viridi multum ſudavit in horto
Sedula Corycium gens imitata ſenem.
Fertilis arboreis maturo pondere ramis
Pomona in medio eſt luxuriata ſolo.
Nec ſteriles ſaxis operas conſumpſit in ipſis
Cui ſolas vites cura putare fuit:
Namq; fluunt madidi Bacchæo nectare colles
Et turgent uvis ebria prela ſuis.
Vinceret & ſterilem, credo, labor improbus Hæmum
Aut glebas etiam, torrida Zona, tuas.
Certa laborantes expectant præmia, certas
Poſſumus aſſidui ferre laboris opes.

Hic ſegetes veniunt, illic felicius uvæ
Mellaq; odorifero vertice Tmolus habet.
Nec pindo ſua meſſis abeſt, ſed plurima laurus
Phœbejoq; ſimul gramina flore virent.
Pegaſis hic doctâ radices irrigat undâ,
Ut medio flores luxurientur, agro.
Felix qui tali mandat ſua ſemina terræ!
Laurigerâ viret hic fertilitate labor.
Gloria Siconias ſuperat Phœbeja meſſes
Et quamvis fructu divite major honos.
Tu, Sylvi, ex iſtâ laurum decerpere ſylvâ
Dignus es, & capiti ſumere ſerta tuo.
Perge coronatos inter procedere, perge,
Et dudum merito lætus honore frui.
Hic honor, hæc meſſis magno Tibi conſtitit olim
Filius eſt magnæ ſedulitatis honor.
Nos, Tibi quos gentilis amor devincit, amici
Ut Tibi ſit felix iſte, vovemus, honor.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87394-p0002-9

162.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87394-p0003-5

(72)

112.

Summis in Philoſophia Honoribus

Quibus

PRO-RECTORE MAGNIFICO

VIRO

ADMODUM REV, AMPLISS. & EXCELL.

Dn. JOHANNE MEISNERO,

SS. Theol. Doct. P. [...] Elect. Ephoro:

DEC[...]

AMPLISSIM[...]MO

Dn. AUGUS[...]CHNERO,

Human. Li[...] Seniore

PRÆST[...]

Dn. GEORGIO CHR[...]YLVIO, Hamb. SS.

Magiſterii inſign[...]è ſolenni

Benevolen[...]itus

HO[...]

HActenus agricolæ ſat magna tule[...]
borum
Præmia, & impenſas fœnore dit[...]
Vexantur plenis cerealia munera[...]
ſtris,
Promaq́; ſollicitas conda recondi[...]
Nec fruſtra viridi multum ſudavit in horto
Sedula Corycium gens imitata ſenem.
Fertilis arboreis maturo pondere ramis
Pomona in medio eſt luxuriata ſolo.
Nec ſteriles ſaxis operas conſumpſit in ipſis
Cui ſolas vites cura putare fuit:
Namq́; fluunt madidi Bacchæo nectare colles
Et turgent uvis ebria prela ſuis.
Vinceret & ſterilem, credo, labor improbus Hæmum
Aut glebas etiam, torrida Zona, tuas.
Certa laborantes expectant præmia, certas
Poſſumus aſſidui ferre laboris opes.

[...]niunt, illic felicius uvæ
[...]odorifero vertice Tmolus habet.
[...] meſſis abeſt, ſed plurima laurus
[...]q́; ſimul gramina flore virent.
[...]ctâ radices irrigat undâ,
[...] flores luxurientur, agro.
[...]mandat ſua ſemina terræ!
[...]râ viret hic fertilitate labor.
[...]s ſuperat Phœbeja meſſes
[...]vis fructu divite major honos.
[...]ſtâ laurum decerpere ſylvâ
Dignus es, & capiti ſumere ſerta tuo.
Perge coronatos inter procedere, perge,
Et dudum merito lætus honore frui.
Hic honor, hæc meſſis magno Tibi conſtitit olim
Filius eſt magnæ ſedulitatis honor.
Nos, Tibi quos gentilis amor devincit, amici
Ut Tibi ſit felix iſte, vovemus, honor.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87394-p0005-6